



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

X. Vt clerici dies feriatos celebrent cum episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

que iudex cuiuscumque clericum, absque causa criminali, id est, homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere fortasse præsumpserit, quamdiu episcopo loci illius visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceatur.

VIII.

Vt nullus clericus ad iudicem sæcularem quemcumque alium fratrem de clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere quocumque modo præsumat; sed omne negotium clericorum, aut in episcopi sui, aut in presbyterorum, vel archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quicumque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, vno minus de quadraginta ictus accipiat; sin certe honoratior, triginta dierum conclusione multetur.

IX.

11. q. 1. Nullus clericus.

° Vt a feria S. Martini vsque ad natale Domini, secunda, quarta, & sexta sabbati ieiunetur, & sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus Canones legendos esse speciali definitione sancimus, vt nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.

X.

Vt presbyteri, diaconi, vel quolibet ordine clericum, episcopo suo obedienti deuotione subiaceant, & non alibi dies feriatos, nisi in obsequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quod si quis per quamcumque contumaciam, aut per cuiuscumque patrociniū, hoc facere fortasse distulerit, ab officio regradetur.

XI.

Episcopi, presbyteri, vel vniuersi honoratio-